



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XLII. Ad D. Lazarum Schuendum Baronem & Eq. Aur. Caes. Cons.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

Illatamen, *LVDOVICE*, suis quoq; doribus au-  
Nam lymphis scaturit diues ubiq; suis. (Et a est:  
Hic Antonini sunt Baiae Caesaris: vnda  
Quarum perpetuo feruet adusta lacu.  
Illic sunt Baiae, posita sub valle, Ferinae:  
Quas aper indicio prodidit ipse suo.  
Quid memorem fontes acidos? quid denique Cella  
Balnea? cui nomen Scylla perenne dedit.  
O ingens bonitas! o Diuum magna potestas!  
Cuique suum terrae quae dat abunde bonum.

XLI.

Reinhardo à Neuperg  
EQ. & Mag. Cur. Bad.

Cognitio, cultusque Dei cui summa voluptas:  
Corporis hunc pariter pax, animique beat.

XLII.

Ad D. Lazarum Schuen-  
dium Baronem & EQ. Aur.  
Cæs. Conf.

obj. A.  
1583  
1583

Veritas nunquam latet: interitque  
Nunquam. filia Temporis, Iouisque:  
Cinis est caeli: fruiturque sola  
Coniunctu superum beatiore.  
Pressa nec mox opprimitur, genetrix  
Virtutis Dea *VERITAS*: sed inde

B 4 *LV CET*

LVCET ET DV RAT magis. ò beatum,  
*Septum robore veritatis vno*

XLIII.

D. Ernesto Friderico  
Marchioni Caroloburgio.

*Sustinet hinc, constans sibi quisquis, & abstinet  
Ac medium semper sic tenet: ille sapit.*

XLIV.

Ad D. Othonem Henricum  
Com. Pal. Rheni.

*Summa petit semper pius, ac terrena relinquit  
Summi qui flagrat cognitione boni.  
Namque bonum summum Dcus est: at summa per  
Sola fides summū præstat vbiq; bonum.*

XLV.

Eitelio à VVildungen EQ  
& Mag. Aulico Caroloburgio.

*Ille sat est diues, non qui vim possidet auri:  
Sed quisquis prudens imperat ipse sibi.*

XLVI.

Ad Danielelem Princium  
Cæs. Consil.

*Sensibus vt brutum pecus hîc, ac corpore viuunt  
Sic animo viuunt, menteq; solus homo.*